

DE VERA MENSURA.
RVM PONDERVMQ VE RA.
TIONE OPVS DE INTEGRO INS
tauratū a reuerendo in Christo patre,
Roberto Senali, diuīna clementia
Episcopo Abrincensi, Theo
logo doctore ordine, &
origine Parisiensi.

esdetla lib. El Colégio de Guanca.

Aut doce, aut disce,
Aut patere prodesse cupientem.



Apud Ioannem Rorione, sub Basilisco,
in via ad diuum Iacobum.

M. D. XXXV.

AD LECTOREM SATISFACTIO.

EMO mihi vitio vertet, qui modo aequum se praestare velit & candidum, q̄ a priore nō multos ante annos edita de liquidoru mensuris obseruatione, hoc loco tota (quod aiunt) via recedam. Si quis dem in ea qua precessit editione, insignem illum pictorem Apellem imitari me velle profitebar: quē dum sua vulgi iudicio opera expōneret, ita subscribere solitum referunt, Apelles hoc faciebat: quo apertissime significaret nondum magnam extremam apoposuisse operi. Idq; mihi contigisse ingenue profiteor. Quod enim tam suspicabar, accidit, futurum scilicet ut paulo altius repetitio negocio, alia quādoq; methodus appareret, qua progrediendum certius foret & tutius ad colligendam veterum mēsurarum symmetriam: hoc intērim agens, quod diuus Petrus in sua canonica de prophetarum scrutandis vaticinijs admonet, ita dicens: Bene facitis attēdentes propheticō sermoni, sicut lucernæ lucēti in caliginoso loco, donec oriantur dies. Quod ergo statuit sanctissimus ille apostolus in prophetarum studiosa lectione, illud ego in authorum decretis perscrutandis (quantum ad mensurarum rationem pertinebat) perficere atq; implere conatus sum. Perlustratis enim Budę, Alciati, Georgij Agricole, Leonardi Porci, vitiorū in omni dicendi genere consummatorū, collatisq;

A ij

DE VERÀ MENSVR A-

RVM PONDERVMQ VE RA-
tione, reuerendi in Christo patris, Roberti Se-
nalis, diuina clementia Abrincensis episcopi, do-
ctoris theologi, commentarij.



Visquis nostrarum cum
exteris rationem mensu-
rarum totam semel adses-
qui desiderat, illum opor-
tet intelligere, vnciæ, sex-
tarij & amphoræ veram
capacitatē, & mensuram,
sed & vnciarum, sextario-
rum & amphorarū inter

se proportionē: quā si semel asscutus fuerit, nulla
iam supererit in reliquis difficultas. In primis autē
definienda est, deinde in partes secunda vncia.

Est ergo vncia, libræ seu ponderalis seu mensu-
ralis pars duodecima, quæ in mensuris oblongis &
quadratis pollex dicitur, ut alio loco monstratum
est. In cubicis autē, seu liquidorum aridorūq; capa-
cibus mensuris, quomodo se habeat ad pollicarem,
suo loco differetur. Deniq; vncia linealis est pars
duodecima pedaneæ longitudinis, quadrata vero
quadrati, & cubica cubi.

Iam supereft illam in duas partes diuidere.
Huius medietas est semuncia.

Tertia pars vnciæ, gemina sextula, atq; etiā duell-
la dicitur. Fannius de hac ita scripsit.
Sextula quum dupla est, veteres dixerunt duellam.

Quarta eius pars sicutius vnicie quartarius, ita
a j